



 **LÓRIA** in excélsis Deo. Et in terra pax homínibus bonæ voluntátis. Laudámus te. Benedícimus te. Adorámus te. Glorificámus te. Grátias ágimus tibi propter magnam glóriam tuam. Dómine Deus, Rex cæléstis, Deus Pater omnípotens. Dómine Fíli unigénite Jesu Christe. Dómine Deus, Agnus Dei, Fílius Patris. Qui tollis peccáta mundi, miserére nobis. Qui tollis peccáta mundi, suscipe deprecatióem nostram. Qui sedes ad déxteram Patris, miserére nobis. Quóniam tu solus Sanctus. Tu solus Dóminus. Tu solus Altíssimus Jesu Christe. Cum Sancto Spíritu  in glória Dei Patris. Amen.



 **REDO** in unum Deum, Patrem omnipoténtem, factórem cæli et terræ, visibílium ómnium, et invisibílium. Et in unum Dóminum Jesum Christum, Fílium Dei unigénitum. Et ex Patre natum ante ómnia sæcula. Deum de Deo, lumen de lúmine, Deum verum de Deo vero. Génitum, non factum, consubstantiálem Patri: per quem ómnia facta sunt. Qui propter nos hómines, et propter nostram salútem descéndit de cælis. *(Hic Genuflexione)* **ET INCARNÁTUS EST DE SPÍRITU SANCTO EX MARÍA VÍRGINE: ET HOMO FACTUS EST.** Crucifixus étiam pro nobis: sub Póntio Piláto passus et sepúltus est. Et resurréxit tértia die, secúndum Scriptúras. Et ascéndit in cælum: sedet ad déxteram Patris. Et íterum ventúrus est cum glória judicáre vivos, et mórtuos: cujus regni non erit finis. Et in Spíritum Sanctum Dóminum et vivificántem: qui ex Patre Filióque procedit. Qui cum Patre et Fílio simul adorátur, et conglorificátur: qui locútus est per prophéas. Et unam sanctam cathólicam et apostólicam Ecclésiám. Confíteor unum baptísma in remissionem peccatórum. Et expécto resurrectionem mortuórum.  Et vitam ventúri sæculi. Amen.



MUNDA cor meum ac lábia mea, omnípotens Deus, qui lábia Isaíæ prophétæ cáculo mundásti igníto: ita me tua grata miseratióne dignáre mundáre ut sanctum Evangélium tuum, digne váleam nuntiáre. Per Christum Dóminum notsrum. Amen.

Jube Domine benedícere. Dóminus sit in corde meo, et in lábiis meis: ut digne et competénter annúntiem Evangélium suum. Amen.

Sacerdos offerens Hostiam super patenam

SUSCÍPE, sancte Pater, omnípotens ætérne Deus, hanc immaculátam hóstiam, quam ego indignus fámulus tuus óffero tibi Deo meo vivo et vero, pro innumerábilibus peccátis, et offensióibus, et negligétiis meis, et pro ómnibus circumstántibus, sed et pro ómnibus fidélibus cristiánis vivis atque defúctis: ut mihi, et illis proficiat ad salútem in vitam ætérnam. Amen.

Offerens Calicem dicit:

AFFÉRIMUS tibi, Dómine, cálicem salutáris, tuam deprecánte cleméntiam: ut in conspéctu divínæ majestátis tuæ, pro nostra et totíus mundi salúte cum odóre suavitátis ascéndat. Amen.

Inclinatus dicit:

IN spíritu humilitátis, et in ánimo contríto suscipiámur a te, Dómine: et sic fiat sacrificium nostrum in conspéctu tuo hódie, ut pláceat tibi, Dómine Deus.

Benedicens Oblata dicit:

BENI, Sanctificátor, omnípotens, ætérne Deus: et béne \times dic hoc sacrificium tuo sancto nómini præparátum.


QUI pridie quam paterétur, accépit panem in sanctas, ac venerábilis manus suas, et elevátis óculis in cælum ad te Deum Patrem suum omnipoténtem, tibi grátias agens, bene \times díxit, fregit, dedítque discíplis suis, dicens: Accípite, et manducáte ex hoc omnes.

Hoc est enim Corpus meum

SÍMILI modo, postquam cœnátum est, accípiens et hunc præclárum Cálicem in sanctas ac venerábilis manus suas: item tibi grátias agens, bene \times díxit, dedítque discíplis suis, dicens: Accípite, et bíbite ex eo omnes,

Hic est enim Calix Sanguinis mei, novi et æterni testamenti: mysterium fidei: qui pro vobis et pro multis effundetur in remissionem peccatorum.

Hæc quotiescúmque fecéritis, in mei memóriam faciétis.



Inclinatus in medio altaris dicit

SUSCÍPE sancta Trínitas, hanc oblatiónem, quam tibi offerimus ob memóriam passiónis, resurrectiúnis, et ascensiónis Jesu Christi Dómini nostri: et in honórem beátæ Mariæ semper Vírginis et beáti Joánes Baptistæ, et sanctórum Apostolórum Petri et Pauli, et istórum, et ómnium Sanctórum: ut illis proficiat ad honórem, nobis autem ad salútem: et illi pro nobis intercédere dignéntur in cælis, quorum memóriam ágimus in terris. Per eúndem Christum Dóminum nostrum. Amen.

Particulam ipsam immittit in Calicem, dicens secrete:

FÆC commixtio, et consecratio Corporis et Sanguinis Domini nostri Jesu Christi, fiat accipientibus nobis in vitam æternam. Amen.

Ante osculam pacis inclinatus dicit:

DOMINE Jesu Christe, qui dixisti Apóstolis tuis: Pacem relinquo vobis, pacem meam do vobis: ne respicias peccata mea, sed fidem Ecclesiæ tuæ: eámque secundum voluntatem tuam pacificare et coadunare digneris: Qui vivis et regnas Deus per omnia sæcula sæculorum. Amen.

Ante sumptionem Sacramenti inclinatus dicit:

DOMINE Jesu Christe, Fíli Dei vivi, qui ex voluntate Patris, cooperante Spíritu Sancto, per mortem tuam mundum vivificasti: libera me per hoc sacrosanctum Corpus et Sanguinem tuum ab ómnibus iniquitatibus meis, et univérsis malis: et fac me tuis semper inhærere mandátis, et a te numquam separári permittas: Qui cum eodem Deo Patre, et Spíritu Sancto vivis et regnas Deus in sæcula sæculorum. Amen.

PERCÉPTIO, Corporis tui, Domine Jesu Christe, quod ego indignus sumere præsumo, non mihi provéniat in iudicium et condemnationem: sed pro tua pietate, prosit mihi ad tutamentum mentis et corporis, et ad medelam percipiendam. Qui vivis et regnas cum Deo Patre in unitate Spíritus Sancti Deus, per omnia sæcula sæculorum. Amen.

Ante benedictionem inclinatus dicit

LÁCEAT tibi, sancta Trínitas, obséquium servitutis meæ: et præsta: ut sacrificium, quod óculis tuæ majestátis indignus obtuli, tibi sit acceptabile, mihi que et ómnibus, pro quibus illud obtuli, sit, te miserante, propitiabile. Per Christum Dóminum nostrum. Amen.

